



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Objecta metaphorica & Spiritualia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

corporis an alicujus tantum partem, continua vel interrupta, &c. 8. ad distantiam sine magna vel exigua, crescens vel decrescens; 9. ad situm, sine sessionis, vel cubationis, vel erectæ stationis, &c. naturalis vel artificialis commodus vel incommodus, &c.

*Obiecta Metaphorica & Spiritu-
alia.*

HÆc sunt quæ ordinariè observari solent à sensibus in suis objectis materialibus verum cum subinde accidat, ut in mysterio præparatio non sint hujusmodi objecta,

proportionata omnibus sensibus, præsertim pro odoratu, & Gustu; poterit, qui huic exercitio incumbere volet, metaphoricè sibi imaginari certa quadam proportione, se videre, audire, odorari, gustare, & tangere res spirituales ea ratione, qua videntur, audiuntur, odorantur, gustantur, tanguntur res corporales & sensibiles. E. G. applicando sensus Sermoni, quem Christus habuit ad Apostolos & turbas explicans octo beatitudines, imaginabitur se videre verba Salvatoris ex ore eius instar lucidi radij, unico quidem motu directo profluentia, sed tamen ad aures,

res, & corda auditorum multiplicato: audire sonum illum spiritualem, quem ubi pertigerit in eorundem cordibus, ciet; & si durum aliquod fortè invenerit, frangit: odorari eiusdem vocis suavitatem, qui vel ipsas animas auditorum Deo reddit suaveolentes; Gustare dulcedinem verborum illorum, quæ perfectè cibant, ac satiant esurientia circumstantium corda: denique efficacem illum calorem tangere, qui ex fervore divinorum verborum natus non solum calefacit pectora auditorum, sed etiam inflammat.